



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &
Generaliora**

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Confessarius non facilè mutandus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

iam tum fieri volumus, cùm ægrotantium excipiunt confessiones, licet id faciant apud eos domi.

Nullorum accipiantur confessiones, nec in Ciuitate, nec verò in tota Diœcesi nostra, sine nostra, vel Vicariorum foraneorum expressa licentia, post Dominicam Palmarum usque ad diem integrum Paschæ peractum, nisi eorum qui paulò ante confessi sunt, aut saltem à Quinquagesima precedenti, excipimus semper ægrotos. Ceterorum verò confessiones infra octauam Paschæ differantur, secundum constitutionem nostram Pastoribus datam, idque graues ob causas in ea declaratas.

Confessarius non facile mutandus.

Si quem deprehenderint, qui sine ratione legitima Confessarium suum deserat, qui quidem per appositus erat alioqui ad illum in viam salatis dirigendum, conetur eumdem per opportunitatem reducere; tum reprehensa pernicioſa hominum negligencia, qui Confessarium doctum & prudentem sibi diligere negligunt, tum quasi noxia, & vitiosa frequenti mutatione Confessarij detestata, quemadmodum enim medici, qui naturam, temperamentumque corporis in infinitis perspectum habent, non facile permutari solent, quod morbis necessaria facilius inuenire remedia norint; sic neque videntur pœnitentes, nisi magno delectu, à medicis suis discedere debere, cum iij melius animarum vulneribus adhibere opportuna, ac utilia instituta possint. Si tamen iusta de causa Confessarius aliquem ad se venire permittat, qui pijs & prudenter

tis

tis alterius in confitendo consilijs ante vtebatur, vtile erit cum illo ipso communicare, vel saltem dare operam, vt pœnitens ab eo abeundi honestam licentiam nanciscatur.

Confessarij inter se conuenire debent.

Confessarij omnes, præcipue si qui in nostra Diœcesi eo munere funguntur, curare debent, vt inter eos, & Parochos locorum, vbi confessores audiunt, bene conueniant, siue cum illorum ibi sint monasteria in propinquio, siue cum ob habitas conciones, siue ob aliam quamcumque causam confessiones audiunt. Itaque non absoluant eos, qui vel ob exempla vitæ impiæ, & in eo statu perseverandi pertinaciam, vel quod ad pœnitentias publicas, sive legata pia, vel similia quædam tenebantur; atque ideo à Pastribus suis absoluti non fuerint. Proinde sæpius Regularium Superiores suos admoneant huius rei necesse est: præcipue autem ad animorum concordiam, quæ ad ædificationem quoq; pluri-
mum valet, diligenter eos exhortentur, præmo-
neantque, si in quæstionis alicuius explicatio-
ne inter eos & Pastores sentiendi quædam acci-
dat diuersitas, vt ea cum prudentia sese gerant,
ne ad vulgiares ea perueniant, quia statim ad
nos potius pro rei controversæ definitione ac-
currant.

Meminerint ad Sacramentum Pœnitentiaz non permittere venire eos, qui sine conuenienti-
tum exteriore tum interiore animi præpara-
tione volunt accedere, quin magis verbis cari-
tatem spirantibus pro captiu cuiusque tales al-
loquantur, & dicant, vbi sese melius pro digni-
tate